C.R. BIBLIOTHECA UNIVER. IAGELL. CRACOVIENSIS
kat.komp.
13167
II Mag. St. Dr. P

# Formulae

~~1027. XXX. C 25~~
1884
240
1.

# FORMULÆ JURAMENTORUM

PRÆCIPUE EORUM, QUÆ CORAM SERENISSIMA REGIA MAIESTATE

AUGUSTI III

EXPEDIUNTUR

Ex Statuto & Conſtitutionibus regni fideliter tranſcriptæ

NUNC IN PUBLICUM

EDITÆ

DUPLIKAT BIBLIOTEKI PUŁAWSK.

---

VARSAVIÆ, ANNO MDCCLVIII.
typis Mizlerianis.

DUPLIKATÓW BIBLJOTEKI XX. CZARTORYSKICH

# AVGVSTVS TERTIVS,

## DEI GRATIA REX POLONIÆ, MAGNUS DUX LITHUANIÆ, RUSSIÆ, PRUSSIÆ, MASOVIÆ, SAMOGITIÆ, KIJOVIÆ, VOLHYNIÆ, PODOLIÆ, PODLACHIÆ, LIVONIÆ, SMOLENSCIÆ, SEVERIÆ, CZERNICHOVIÆQUE: NEC NON HEREDITARIUS

## DUX SAXONIÆ & PRINCEPS ELECTOR.

13167 I

*Significamus præſentibus litteris Noſtris, quorum intereſt, vniuerſis & ſingulis, introcontentas iuramentorum rotas ex conſtitutionibus regni & magni ducatus Lithuaniæ, ſtatutisque depromptas eſſe, fideliterque connotatas, alias vero ex vſu cancellariæ & curiæ praxi, conſcriptas. Quapropter, vt omnis huic connotationi iuramentorum intro contentæ adhibeatur fides, ſigillum regni apponi iuſſimus. Datum Varſaviæ die XXV. Maji, Anno Domini MDCCLVII. regni vero Noſtri XXIV anno*

IOANNES MAŁACHOWSKI
Supr. Regni Cancellarius
*mp.*

(L.S.)

Ad Mandatum Sacræ Regiæ Maieſtatis Domini Noſtri clementiſſimi proprium

*Adalbertus Rakowſki, Pocillator terræ Viznenſis, Sigilli maioris Regni Secretarius.*

BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

# JVRAMENTVM

## PLENIPOTENTIARIORUM REGIS NOVE ELECTI, POST ELECTIONEM & DENUNCIATIONEM, SUPER PACTA CONVENTA.

*De Anno 1697. & 1733. fol. 73. in confœder.*

EGo N. N. ſpondeo & ſancte ad hæc ſancta Chriſti Euangelia, Domino Deo omnipotenti, in ſanctiſſima Trinitate vni, iuro, quia hos omnes articulos pactorum conventorum, quos cum ampliſſimis ſtatibus Regni & magni Ducatus Lithuaniæ, annexarumque prouinciarum, ac vniverſa Sereniſſima Republica, nomine Sereniſſimi N. principis Regii, vel N. nunc vero electi Poloniarum Regis & Magni Ducatus Lithuaniæ, Ruſſiæ, &c. Domini Noſtri clementiſſimi in præſenti conſtituimus, tranſegimus & concluſimus, Sereniſſimus princeps Regius, nunc vero electus Poloniæ Rex, in omnibus & ſingulis eorum punctis, clauſulis, ligamentis & conditionibus, ita ut nec generalitas ſpecialitati, nec ſpecialitas generalitati deroget, ratos habebit, & ſacroſancte obſeruabit, & manutenebit, & confirmabit ac adimplebit, illosque iuxta inſtrumentum denunciationis Sacramento iuramenti confirmabit. Sic nos Deus adiuvet & hæc ſancta eius paſſio.

# JVRAMENTVM
## REGIVM POST ELECTIONEM.

EGo N. Electus Rex Poloniæ &c. ſpondeo & ſancte iuro Deo omnipotenti ad hæc Ieſu Chriſti Evangelia, quod pacta conventa per oratores meos cum ampliſſimis Poloniæ & Magni Ducatus Lithuaniæ ordinibus, & in electione Noſtra transacta, ac eorumdem oratorum iuramento confirmata, in omnibus eorum articulis, punctis, clauſulis, conditionibus, ita vt nec ſpecialitas generalitati, nec generalitas, ſpecialitati deroget, ſervabo, manutenebo, & adimplebo atque omnia iterato etiam in ſolenni coronatione Noſtra iuramento confirmabo. Sic me Deus adiuvet, & hæc ſancta Evangelia

*Dat. N. præſentibus NN. ſubſcriptio debet contineri Regia.*

# IN CORONATIONE
## Vel potius ante ipſam CORONATIONEM

EGo N. Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ &c. per omnes Regni ordines, utriusque gentis, tam Poloniæ, quam Lithuaniæ, ceterarumque provinciarum, Regno Poloniæ, & M. D. Lith. annexarum & incorporatarum, communi conſenſu liberè electus, ſpondeo ac ſancte iuro Deo omnipotenti ad hæc ſancta Ieſu Chriſti Evangelia, quod omnia iura, libertates, immunitates, privilegia publica & privata iuri communi utriusque gentis & libertatibus non contraria, eccleſiaſticas & ſæculares, Eccleſiis Romanis, Principibus, Baronibus, Nobilibus, Civibus, Incolis, & quibus-

libet

libet perſonis, cuiuscunque ſtatus & conditionis exiſtentibus, per Divos Prædeceſſores Noſtros Reges, & quoscunque Principes Regni Poloniæ & M. D. Lit. præſertim vero Caſimirum Magnum, Ludovicum, Lois nuncupatum, Vladislaum primum Jagiellonem dictum, patremque eius, Vitoldum, Magnum Ducem Lithuaniæ, Vladislaum ſecundum Jagiellonem filium, Caſimirum tertium, Jagiellonidem, Ioannem Albertum, Alexandrum, Sigismundum primum, Sigismundum ſecundum Auguſtum, Henricum, Stephanum, Sigismundum tertium, Vladislaum quartum, Ioannem Caſimirum, Michaelem, Ioannem tertium & Auguſtum ſecundum, Reges Poloniæ, & Magnos Duces Lithuaniæ iuſte & legitime datas, conceſſas, & emanatas, & donatas, ab omnibusque ordinibus, tempore interregni ſtatutas, atque ſanctas, mihi oblatas, tum pacta conventa per ordines regni & magni Ducatus Lithuaniæ mihi tradita, manutenebo, obſeruabo, cuſtodiam & adimplebo, in omnibus conditionibus, articulis, & punctis in eisdem expreſſis, pacem quoque & tranquillitatem inter diſſidentes de religione chriſtiana tuebor & manutenebo, nec ullo modo, vel iurisdictione Noſtra, vel officiorum Noſtrorum & ſtatuum quorumvis authoritate, quemquam affici, opprimique cauſa religionis permittam, nec ipſe afficiam ac opprimam, ac ea, quæ in electione Noſtra conſtituta ſunt, & quæ in con ventione coronationis Noſtræ conſtituentur, manutenebo, iisque ſatisfaciam, omnia illicite a Regno, Magnoque Ducatu Lithuaniæ, ac dominiis eorundem quocunque modo alienata, vel bello, vel quovis modo diſtracta, ad proprietatem eiusdem Regni Poloniæ & Magni Ducatus Lithuaniæ aggregabo, terminosque Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ non minuam, ſed defendam & dilatabo, iuſtitiam omnibus incolis regni iux-

ta iura publica in omnibus dominiis conſtituta, abſque omnibus dilationibus & prorogationibus adminiſtrabo, nullo quorumvis etiam ſanguinis Noſtri reſpectu habito, in diſpenſatione quoque diſtributivæ iuſtitiæ non me alligabo ad affectum & propenſionem naturalem ſanguinis, ſed totam ipſam bene meritorum rationem præ oculis & corde habebo, in diſponendis occurrentibus officiis ac beneficiis reipublicæ, & ſi (quod abſit) in aliquibus iuramentum meum violavero, nullam mihi incolæ regni, omniumque dominiorum vniuscuiusque gentis, obedientiam præſtare debebunt, imo ipſo facto eos ab omni fide & obedientia Regi debita, ad mentem conſtitutionum in pactis conventis expreſſarum, liberos facio, abſolutionem nullam ab hoc meo iuramento a quopiam petam, neque vltro oblatam ſuſcipiam. Sic me Deus adiuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia. *Datum Cracoviæ.*

# PRINCIPVM REGIORVM

## REGI NOVO ELECTO.

*1633. fol. 14.*

EGo Caſimirus & Alexander Poloniæ & Sueciæ princeps, beneficio & proviſione reipublicæ ad præſens gaudens, iuro: Quia Sereniſſimo Principi ac Domino, Domino N. *Vladislao IV.* Regi Poloniæ, ac regno Poloniæ, & magno ducatui Lithuaniæ, fidelis & obediens ero, nihilque in damnum & præiudicium Regiæ Maieſtatis & Reipublicæ, auxilio, vel facto, committam, imo ſi aliquid tale ſcivero, quod vergat in detrimentum tam Regiæ Maieſtatis, quam Reipublicæ, præcuſtodien-

ſtodiendam, ac pro poſſe meo avertere conabor. Sic me Deus adiuvet & hæc ſancta crux.

# JVRAMENTVM
## SENATORUM REGNI.

*Statut. Alex. 1505. Conſtit. 1558. fol. 469. Conſtit. 1588. fol. 40*

EGo N. iuro, quia Sereniſſimo Principi & Domino, Domino N. Regi Poloniæ fidelis ero, & pro Eiusque Maieſtate & Reipublicæ, Regni ſui, fideliter conſulam, ſecreta, quæ mihi per ſuam Maieſtatem, & Conſiliarios Eius dicentur, contingentia, vel Maieſtatem Regiam, vel Rempublicam, aut vtrumque, nemini in iacturam Regiam & Reipublicæ, pandam: & pro poſſe meo vtilitates ſuæ Maieſtatis Regiæ, Regni, & Reipublicæ, augmentabo, & in iudicando iuſte ſententiabo. Quicquid vero ſcivero, aut ſenſero ſuæ Maieſtati Regiæ, Regno, & Reipublicæ nocibile & damnoſum præcuſtodiam: & ne id fiat, me opponam & illud avertam. Sic me Deus adiuvet, & (*ſi ſpiritualis*) hoc ſanctum Evangelium (*ſi ſæcularis*) hæc ſancta crux.

# MARESCHALCORVM
## VTRIVSQVE GENTIS.

*Januſsov. in ſtatut. Lib. 3. parte 4. f. 293. Tit. I.*
*Zawadzki in compend. Polon. cap. 2. Tit. 5. fol. 53.*

EGo N. iuro, quod Sereniſſimo Principi & Domino N. Regi Poloniæ, & Maieſtatis Eius Succeſſoribus, ac Regno Poloniæ

loniæ in hoc officio Mareſchalcatus, mihi commiſſo, fidelis ero, illudque tam in conventibus publicis, quam & aliis locis in aula Maieſtatis Regiæ ſumma fide & diligentia adminiſtrabo, non privati mei alicuius quæſtus, ſed dignitatis & vtilitatis tantum Maieſtatis Regiæ & Regni Poloniæ gratia, in conſilium Maieſtatis Regiæ adhibitus, illud ego fidele Maieſtati eius & Regno Poloniæ præſtabo, nulla ſecreta, quæ mihi aliquando a Maieſtate Regia, vel Senatoribus Regni communicata fuerint, præter voluntatem, vel in præiudicium Maieſtatis Regiæ & Regni Poloniæ revelabo. Pericula omnia, quæ imminere Regno, vel Regi Poloniæ ſcivero, opinabor, Maieſtati Eius & ceteris Senatoribus indicabo, & pro poſſe meo avertam. Perſonæ cuiuscunque dignitatis rationem pro loco & tempore habebo, ſeditiones, contentiones, rixas, ſcandala, exceſſus, maleficia, ne fiant in aula Regia & in conventibus publicis, omni mea opera & diligentia providebo. Quod ſi vero aliqua eiusmodi acciderint, ea, quantum in me erit, ſedabo, aut animadverſione iuſta vindicabo, idque de conſenſu iusſu & auctoritate Maieſtatis Regiæ, ceteraque officii mei munera, & onera, iuxta præſcriptum ſtatutorum Regni, fideliter obſervabo, idque non ſine mutuo conſilio & conſenſu ceterorum Regni conſiliariorum & officialium, qui præſentes in aula fuerint. Sic me Deus adiuvet, & hæc ſancta crux.

## CANCELLARIORVM VTRIVSQVE GENTIS.

*Januſzov. in ſtat. lib. 3. part. 3. Tit. I. Conſtit. 1683. fol. 7.*

EGo N. Regni Poloniæ Cancellarius iuro, quod Sereniſſimo Principi, Domino, Domino N. N. Regi Poloniæ, & Maieſtatis

ſtatis Eius ſucceſſoribus, ac Regno Poloniæ, in hoc officio cancellariatus mihi commiſſo fidelis ero, nullas literas pargameneas ſine ſcitu & expreſſa voluntate Regiæ Maieſtatis tradam, papyreas non nullas, tam in Regno, quam extra Regnum, quæ vel Regiæ dignitati, vel honeſtati derogent, vel ex quibus damnum aliquod ad Maieſtatem eius, vel Regnum peruenire poſſit, & quæ iuri communi, & libertatibus adverſentur, aut litteris ex cancellaria datis contrarias eſſe ſciuero, membranas item nullas vnquam tradam, præterquam papyreas, idque ſciente tantum aut iubente ſacra Regia Maieſtate, conſilium fidele Maieſtati & reipublicæ præſtabo, nec vlla vnquam ſecreta, quæ mihi communicata fuerint, præter ſuæ Maieſtatis voluntatem & mandatum reuelabo, & pericula omnia, quæ imminere, vel Eius Maieſtati, vel Regno, vndecunque ſciuero & cognouero, Maieſtati Eius deferam, & pro poſſe meo avertam. Sententias & decreta ſecundum Deum, conſcientiam, & ius ſcriptum, ſine vllo reſpectu perſonarum feram, dicam & enuntiabo. Sic me Deus adiuvet & hæc ſancta Dei Evangelia.

## THESAVRARIORVM SVPREMORVM VTRIVSQVE GENTIS

*Statut. Alexandri A. 1564.*

EGo N. iuro, quod Sereniſſimo Principi & Domino, Domino N. Regi Poloniæ & Maieſtatis Eius ſucceſſoribus ac Regno Poloniæ, in hoc officio theſaurariatus mihi commiſſo fidelis ero, illudque ſumma cum fide & diligentia adminiſtrabo, non privati mei queſtus, ſed dignitatis tantum,

& vtilitatis Maieſtatis Regiæ & Regni Poloniæ gratia. Coronam, & alia inſignia regni, priuilegia, & theſauros omnes regni diligenter conſeruabo, reditus omnes & ſingulos regni, & omnia, quæ ad fiſcum regni pertinent, ſumma cura & fidelitate exigam & diſpenſabo. Curam monetæ cudendæ, quando vſus poſtulaverit, rationes ærarii, expeditiones militum, Aulicorum & Legatorum, & omnium eorum negotiorum, quæ ad vſus priuatos & publicos Maieſtatis Regiæ & Regni Poloniæ pertinent, ceteraque omnia mei officii munia & onera fideliter, & ſecundum præſcriptum ſtatutorum regni procurabo, idque non ſine mandato Maieſtatis Regiæ & conſilio Conſiliariorum & officialium Regni, in conſilio Maieſtatis Regiæ, & Regni Poloniæ, conſilium fidele dabo, nulla ſecreta, quæ mihi a Maieſtate Regia, vel a ſenatoribus Regni communicata fuerint, præter voluntatem & in præiudicium Maieſtatis Regiæ & Regni Poloniæ, nemini revelabo. Pericula omnia, quæ imminere Regno, vel Regi Poloniæ putauero, Maieſtati ſuæ & ſenatoribus Regni indicabo, & pro poſſe meo avertam. Sic me Deus adiuvet, & hæc ſancta Crux.

## HETMANOW

### OBOYGA NARODOW, WIELKICH Y POLNYCH

*Conſtitut. A. 1717. f. 34.*

JA N. przyśięgam Panu BOGU Wſzechmogącemu, iż Nayiaśnieyſzemu Krolowi JMći y Rzeczypoſpolitey wierny będę, y prawom Circumſkrypcyi przez Traktat Warſzawſki, między Jego Krolewſką Mcią y Stanami Rzeczypoſpolitey ſkon-

ſkonkludowany poſtanowioney, Urzędu mego tykaiącym ſię, we wſzyſtkich punktach y klauzulach doſyć uczynić, nad woyſkiem mnie powierzonym wiernie zwierzchność zachowam, ani go cięższemi nad ſłuſzność niewygodami y pracami prywatnemi pożytkowi memu ſłużącemi nie obciążę, ani wyćieńczę, ale go tylko na zrażenie naiazdow nieprzyiacielſkich wewnętrznych y zewnętrznych zażywać będę. Granice Koronne według możności ubeſpieczać y onychże pro dignitate & ſecuritate Jego Krolewſkiey Mći y Rżeczypoſpolitey ile zmogę, bronić będę. A ieżeliby (co niech Pan Bog oddali) w Koronie y w Wielkim Xięſtwie Litewſkim rozruchy wewnętrzne wſzczęły ſię kiedy, do żadney ſtrony między ſobą przeciwney nie przyſtanę, ale ſamey Rzeczypoſpolitey aſſiſtować będę, y żadney Korreſpondencyi z poſtronnemi Panami ku pożytkowi memu a J. K. Mći y Rzeczypoſpolitey ſzkodliwych trzymać, ani od tychże Panow poſtronnych żadney dependencyi mieć nie będę. A pod czas Elekcyi Krolow, woyſko y mnie ſamego, excluſo omni prætextu, przy granicach zatrzymam, ani teyże Elekcyi żadnym ſpoſobem przeſzkadzać, y do żadnych fakcyi mięſzać ſię nie będę, ale ſamey ſzczegulnie ziednoczoney Rzeczypoſpolitey rozkazy wypełnię, y aby wypełnione były, ſtarać ſię o to będę, Elekcyi także Marſzałkow y Deputatow Trybunalſkich y innych ziemſkich Urzędnikow, tudzież ſeymikow po Woiewodztwach, ziemiach y powiatach, w Koronie y Wielkim Xięſtwie Litewſkim woyſkową Aſſyſtencyą, priuatoque ſtudio mięſzać, y onym przeſzkadzać, y ſzkod żadnych obywatelom Koronnym y Wielkiego Xięſtwa Litewſkiego czynić nie będę, y aby ich Woyſka Rzeczypoſpolitey pod władzą moią zoſtaiące, onymże nie czyniły, wſzelkim ſpoſobem zabiegać temu będę, od

Kontrybucyi do zapłacenia na całe Kroleſtwo założonych, ani honoraria od nikogo cale brać nie będę, y aby ich Woyſka J. K. Mći y Rzeczypoſpolitey nie wyciągały, ſtarania o to dołożę. Na odbieranie Dobr wſżelkich, tak urzędowne y prawne za Dekretami iakichkolwiek ſądow albo kondemnatami, alias na poiazdy, iako też za pretenſyami, alias na zaiazdy Aſſiſtencyi woyſkowey nikomu przydam, y żołnierzow, ktorzyby ſię wto mięſzali, kryminalnie karać będę, tym ktorzy ſą prawem przekonani in criminalibus & ciuilibus, aſſyſtencyi żołnierſkiey, ani żadney pomocy nie dam, y żołnierzow ſwawolnie ſię w takie rzeczy bez ordynanſu mego mięſzaiących, ſurowo karać będę, Officyerow Dyſſydentow z Krzywdą Katolikow, aby tyle ſię w Woyſku ile katolikow nie znaydowało; ſłuſzne dam na to baczenie, y z Krolem JEGOMOSCIĄ, o to *conueniam*. Tak mi Panie BOZE dopomoż &c.

Hoc ipſum iuramentum Latino idiomate.

## DVCVM EXERCITVS

*Conſtit. 1717. Volum. VI. fol. 260.*

EGo N. N. iuro coram omnipotenti Deo, quia Sereniſſimo Regi & Reipublicæ fidelis ero, & legibus circumſcriptionis per Tractatum Varſauiæ, inter Sereniſſimam Maieſtatem, & ſtatus ac ordines reipublicæ, concluſum, conventæ, miniſterium meum concernentibus, in omnibus punctis & clauſulis ſatis faciam. Exercitui mihi tradito fideliter præero, quem grauioribus plus iuſto incommodis, laboribusque, commodo meo priuato ſeruientibus, non onerabo, neque extenuabo,

abo, ſed tantum ad reprimendas invaſiones inimicorum externorum & internorum hoſtiles vtar. Fines Regni tutos pro viribus præſtabo, eosque ad dignitatem & ſecuritatem ſacræ Regiæ Maieſtatis & Reipublicæ, quantum potero, defendam. Et ſi (quod Deus auertat) Regnum, & magnum Ducatum Lithuaniæ motus ciuiles invaſerint, nulli parti inter ſe diſſidenti adhærebo, ſed ſoli Reipublicæ aſſiſtam. Nullas correſpondentias cum externis principibus in emolumentum meum, Maieſtati vero & Reipublicæ nociuas, habebo, neque ab iisdem principibus ullatenus dependebo. Tempore vero electionis regum militem, & me ipſum, excluſo omni prætextu, in finibus continebo, neque eam ullo modo præpediam, nullisque me immiſcebo factionibus, ſed ſolius vnitæ reipublicæ mandata implebo, & inpleri curabo. Etiam electiones mareſchalcorum, Deputatorumque tribunalitiorum aliorumque terreſtrium officialium, tum comitiola palatinatuum, terrarum & diſtrictuum Regni, & magni Ducatus Lithuauiæ nulla inferam, & ne a militibus reipublicæ, ſub regimine meo exiſtentibus, inferantur, omni ratione præuidebo, a contributionibus in toto regno perſolui ſolitis, bona mea non excipiam. Honoraria, vulgo *Okupy*, a quibusuis perſonis nulla omnino accipiam, & ne milites ſacræ Regiæ Maieſtatis & Reipublicæ exigant, efficere curabo. Ad occupationes bonorum quorumuis, tam officioſas & iuridicas, litis per decreta qualiacunque iudiciorum, vulgo condemnationes, ſiue *na poiazdy*, quam prætenſiuas, vulgo *na zaiazdy*, aſſiſtentiam militarem non addam, ac milites immiſcentes ſe iis, criminaliter puniam. Jure victis, tam in criminalibus, quam in ciuilibus, protectionem & aſſiſtentiam militarem non præbebo, nec quouis adminiculo aſſiſtam; milites vero ſua ſponte, citra mandatum meum ſe talibus ingerentns ſeve-

riſſime puniam. Ne officiales ex diſſidentibus, in præiudicium catholicorum, in tanto numero vti catholici ſint in exercitu, ſerio animaduertam, & ſacram Regiam Maieſtatem in hoc conueniam. Sic me Deus adiuvet, &c.

## EORVNDEM DVCVM EXERCITVS

### SVB TEMPVS INTERREGNI.

*Conſtitut. A. 1587. fol. 1065. §. Ego*

EGo N. iuro, quia exercitui mihi tradito fideliter præero, & opera illius tantum ad reprimendas invaſiones inimicorum extraneorum hoſtiles vtar, fines regni tutos pro viribus præſtabo, dignitatem & ſecuritatem reipublicæ, quantum potero, defendam: & ſi (quod Deus avertat) regnum ſeditio invaſerit, nulli parti adhærebo. Tempore vero electionis in finibus militem & me ipſum continebo. Damna incolis Ruſſiæ, Podoliæ, Volhyniæ, nulla inferam, & ne a militibus meis inferantur, omni ratione prouidebo, penſiones vero tam ab Eccleſiaſticis, quam ab aliis perſonis nullas omnino exigam, & ne milites mei exigant, efficiam. Sic me Deus &c.

*Eadem Rotha* REGIMENTARII EXERCITVS *iurant.*

## MARESCHALCI NVNTIORVM

### ELECTIONIS REGIS

*Conſtit. 1669. & 1674. fol. 8. §. przyſiegam, & fol. 256. tit przyſiega.*

JA N. przyſięgam Panu BOGU Wſzechmogącemu w Troycy Swiętey Jedynemu, iż zoſtaiąc na teraznieyſzey Elekcyi Dyre-

Dyrektorem, ni od kogo, oprocz koła Rycerſkiego dependencyą mieć nie będę, z żadnym konkurrentem o Kroleſtwo, ani przez ſię, ani per ſubordinatas znośić ſię perſonas, ani praktykować nie będę, y owſzem gdybym cokolwiek ſzkodliwego poſtrzegł, oſtrzegę Rzeczpoſpolitą, Upominkow, Preſentow, *Honoraria, eo nomine*, tak *a ciuibus* od nikogo, iako ab *Extraneis* nie brałem, ani brać nie będę, ani ſię będę obietnicami uwodził żadnemi od Konkurrentow, y żadnych intereſsow, ani też ſwoich promowować nie będę, także *inſtrumentum authenticum* wolney Elekcyi nikomu nie podpiſzę bez powſzechney zgody koła Rycerſkiego, aſtrzeż BOZE iakiey ſcyſſyi, *nulli parti adhærebo*. Tak mi Panie BOZE dopomoż y Męka Jego Swięta.

## DEPVTATORVM AD PACTA CONVENTA, EX SENATORIO ET EQVESTRI ORDINE.

*Conſt. 1699. fol. 4.*

JZ naznaczony będąc na ſpiſanie *pactorum conventorum* między Rzeczapoſpolitą, a Nayiaśnieyſzym Krolem Jmcią N. wolnemi głoſami obranym Krolem, *ante omnia* biorę na ſiebie wolney Elekcyi *tuitionem*, ktorą *circa connotanda pacta* Rzeczypoſplitey promowować będę *ſine ullo reſpectu ac aſſentatione futuro Regnanti*, y nie prywatne iakie intereſſa, ale ſame tylko *pure* dobro poſpolite *& ſecuritatem* praw, ſwobod y wolności naſzych, iak naylepſze y naygruntownieyſze obwarowanie opatrować, ani ſię korrupcyami *cuiuſcunque generis* uwodzić będę. Tak mi Panie BOZE &c.

IDEM

## IDEM LATINO IDIOMATE

*in Vol. legum, Tom. VI. fol.* 16

EGo N. iuro Deo omnipotenti in vnitate Trino, quod exiſtens Deputatus ad conſcriptionem pactorum conventorum inter Sereniſſimam Rempublicam Noſtram, & Sereniſſimum Fridericum Auguſtum II, Electorem & Ducem Saxoniæ, liberis votis in Regem Poloniæ electum, ante omnia in perſonam ſuſcipio liberæ electionis tuitionem, quam circa connotanda pacta Reipublicæ promouebo, ſine ullo reſpectu & aſſentatione futuro Regnanti, nec priuatum aliquod intereſſe, ſed pure ipſum ſolum bonum publicum & ſecuritatem iurium, immunitatum, libertatum noſtrarum, quam firmiſſimum ſtabilimentum conſiderabo, nec corruptionibus cuiuscunque generis me vinci faciam. Sic me Deus adiuvet, & hæc ſancta Chriſti Domini paſſio.

## MARESCHALCI

### NVNTIORVM COMITIORVM

*Conſt.* 1678. *fol.* 549.

JA N. przyſięgam Panu BOGU Wſzechmogącemu w Troycy Swiętey Jedynemu, iż żadney konſtitucyi, na ktorąby iaka zaſzła kontradykcya, o ktorą trzykroć ſpytać ſię powinien będę, *in volumine legum* nie podam, y nie wpiſzę, dependencyi ni od kogo mieć nie będę, tylko od całey Rzeczy poſpolitey, konſtitucye zgodnie namowione, tak z Senatu, iako y

z Jzby

ż Jzby Poſelſkiey *requirentibus* przepiſać non denegabo, y z podpiſem moim wydam, ktore naydaley czwartego dnia po Pożegnaniu Krola JMći do Grodu podam. Tak mi Panie BOZE dopomoż &c.

## DEPUTATOW DO KONSTYTUCYI.

*Conſtit. 1678. fol. 546.*

JA N. przyſięgam Panu BOGU Wſzechmogącemu w Troycy Swiętey Jedynemu, iż z pilnośćią poſtrzegać będę, aby żadna Konſtytucya *in volumen legum* nie wchodziła, y podpiſować ſię nie będę, na ktorąby *omnium ordinum* nie zaſzła zgoda. Tak mi Panie BOZE dopomoż &c.

## SECRETARIORVM MAIORVM

### VRIVSQVE GENTIS.

*Januſſov. fol. 292.*

EGo N. iuro, quod Sereniſſimo Principi Domino, Domino N. Regi Poloniæ fidelis ero. Secreta, quæ mihi per ſuam Maieſtatem & Conſiliarios Eius dicentur, contingentia vel Maieſtatem Regiam, vel Rempublicam, aut vtrumque, nemini in iacturam Regiam & Reipublicæ pandam. Quidquid vero ſcivero, intellexero, aut ſenſero ſuæ Maieſtati regiæ, Regno, & Reipublicæ nocivum & damnoſum præcuſtodiam. Sic me Deus adiuvet, & hæc ſancta crux.

*Eadem Rotha Notarius ſpiritualis & ſæcularis in Regno* iuramenta *praeſtare ſolent.*

# REFERENDARIORVM VTRIVSQVE GENTIS

*Januſzov. fol.290.*

EGo N. iuro, quia Sereniſſimo Principi Domino N. Regi Poloniæ, fidelis ero, ſecreta, quæ mihi per ſuam Maieſtatem & Conſiliarios eius dicentur, contingentia vel Maieſtatem Regiam, vel Rempublicam, aut vtrumque, nemini in iacturam Regiam & Reipublicæ pandam, iuſte ſecundum Deum, ius ſcriptum, æquitatem, partium controverſias, poſtulationes iuridicas, & Regiæ Maieſtatis decreta referam, divitis & pauperis, amici & inimici, civis & peregrini diſcrimine ſublato, & neque favorem neque odium, neque præmium, neque poenam mihi propoſitam curabo, ſed in iudicando, conſulendo, referendo partium controverſias, ſolum Deum & iuſtitiam ſanctam & æquitatem habebo, & in iis omnibus conſcientiæ meæ iudicium ſequar & audiam, aliaque negotia officio meo incumbentia fideliter & pro poſſe meo peragam. Sic me Deus adiuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

## SVCCAMERARII REGNI

*Vſus Cancellariæ.*

EGo N. iuro, quod Sereniſſimo Principi Domino N. Regi Poloniæ, fidelis ero, ſecreta quæ mihi per ſuam Maieſtatem & Conſiliarios Eius dicentur, contingentia, vel Maieſtatem Regiam, vel Rempublicam, aut utrumque, nemini in iacturam Regiam & Reipublicæ pandam. Limitibus Regni Poloniæ

regundis circa differentias cum vicinitatibus ex commiſſo Maieſtatis Regiæ,& Reipublicæ fideliter attendam, aliaque negotia omnia officio meo incumbentia, fideliter & pro poſſe meo peragam. Sic me Deus adiuvet, & hæc ſancta Crux.

## THESAVRARII CVRIÆ VTRIVSQVE GENTIS,

*Iuxta Statut. Alexandri, 1504.*

EGo N. iuro, quod Sereniſſimo principi & Domino Domino N. Regi Poloniæ, & Regno, in officio theſaurariatus curiæ Regni fidelis ero, & quæcunque ad officium meum Vicetheſaurariatus curiæ, iuxta ſtatuti diſpoſitionem,pertinebunt, diligenter attendam, nihilque omittam, quod ad officium meum fideliter adminiſtrandum pertinet. Sic me Deus adiuvet & hæc Sancta Crux.

## PRÆFECTI CVLINÆ VTRIVSQVE GENTIS.

*Vſus Cancellariæ*

JA N. przyſięgam, iż z Łaſki Jego Krolewſkiey Mći Pana mego Miłościwego przyiąwſzy ten Urząd na ſię Kuchmiſtrzoſtwa, wiernie y życzliwie Jego Krolewſkiey Mći, Panu memu Miłościwemu, ſłuſzyć będę, zdrowia Jego Krolewſkiey Mći we wſzyſtkim przeſtrzegaiąc, y to wſzyſtko, co mi

ż powinnośći Urzędu mego należeć będzie, wiernie y życzliwie odprawuiąc, nikogo nie ochraniaiąc. Tak mi Panie BOŻE dopomoż.

# NOTARIORVM

## MAGNI DVCATVS LITHVANIÆ.

*Vſus Cancellariæ.*

EGo N. iuro, quia Sereniſſimo Principi Domino Domino N. Regi Poloniæ, Magno Duci Lithuaniæ fidelis ero, ſecreta, quæ mihi per ſuam Maieſtatem & Conſiliarios Eius dicentur, concernentia, vel Maieſtatem Regiam, vel Rempublicam, vel utrumque, nemini in iacturam Regiam, aut Reipublicæ, pandam, omnia concredita mihi à Sacra Regia Maieſtate, vel a Conſiliariis Eius, fideliter ſervabo. Expeditiones ſine gravamine requirentium, nihil iuri & iuſtitiæ ipſorum derogando, expediam, Donationes, ſecundum voluntatem ſacræ Regiæ Maieſtatis, Cancellarii, vel Vicecancellarii magni ducatus Lithuaniæ ſcribam, membranas & litteras pargameneas ſine ſcitu, & expreſſa voluntate ſacræ Regiæ Maieſtatis, Cancellarii, vel Vicecancellarii magni ducatus Lithuaniæ nemini extradam, & quidquid ſcivero commodum, ſive incommodum, S. R. M. concernens, Maieſtati Eius deferam; aliaque negotia officio meo incumbentia fideliter & pro poſſe meo peragam, & in iudiciis iuſte ſententiam dicam. Sic me Deus adiuvet & hæc ſancta Crux.

NOTA-

# NOTARII EXERCITVS
## CAMPESTRIS REGNI ET M. D. LITHVANIÆ

*Conſt. 1591. fol. 613. Conſt. fol. 9. Herburt. f. 248.*

EGo N. iuro, quia Sereniſſimo Domino, Regi & Regno Poloniæ fideliter ſerviam, omnia damna in exercitibus & ſtipendiariis equitibus & peditibus ſuæ Maieſtati & Regno Poloniæ imminentia, diligenter providebo & cuſtodiam, omnes equos tam perdamnificatos, quam ad ſtipendium ſervitii conductos & conducendos veraciter conſcribam, & hæc omnia diligenter & fideliter faciam, nec eadem negligam vel omittam cauſa timoris, odii, amoris, favoris, vel lucri, vel damnorum gratia, ſed omnia damna Regiæ Maieſtatis & Regni diligenter cuſtodiam, & ea Maieſtati Regiæ, vel Domino Capitaneo exercituum Regni fideliter revelabo. Sic me Deus adiuvet, & hæc Sancta Chriſti Crux.

## ALIVD IVRAMENTVM EORVNDEM NOTARIORVM POLONICO IDIOMATE, SECVNDVM CONSTITVTIONES SVPRA EXPRESSAS.

JA N. przyſięgam Panu BOGU Wſzechmogącemu w Troycy Swiętey Iednemu: iż przyiąwſzy Służbe piſarza polnego, na tym Urzędzie w ſprawach y powinnośćiach moich wiernie y życzliwie Jego Krolewſkiey Mći y Rzeczypospolitey ſłużyć będę, żadnemu in favorem nic nie czyniąc, Podpiſy Pułkow, Regimentarzow, y Rot wſzelakich, tak Konnych iako y pieſzych, y to cokolwiek mi zlecono będzie, z dozo-

rem wſzelakim, wiarą, y pilnośćią odprawowáć będę, a cobym wiedział bydz ku ſzkodzie Skarbu Rzeczypoſpolitey, powinien będę w tym przeſtrzedz Jego Krolewſką Mość, y Skarb Rzeczypoſpolitey *. Woyſko fideliter & absque favore popiſywać, abſencye odiezdżaiących notować, **, y poczty ſprawiedliwie piſać będę. Tak mi dopomoż Panie BOZE y niewinna Męka Syna Jego.

* *Conſtit. 1616. Volum. 3.fol. 279. Tit. o Piſarzu Polnym.*

* * *Vol. II. f. 1371. §. Przed temiż Podſkarbiemi.*

## ARTILLERIÆ REGNI

### PRÆFECTI

*Conſtit. 1637. fol 8.*

EGo N. iuro Deo omnipotenti, quod Sacræ Regiæ Maieſtati, Domino meo Clementiſſimo, & Reipublicæ fidelis ero, munus & officium præfecturæ ſuper armamentaria, ita geram, vt nulla fraus, dolus, negligentia, in detrimentum Sacræ Regiæ Maieſtatis, & Reipublicæ, tam per me, quam per alios a me dependentes miniſtros interveniat, & quid nocivum, aut utile & proficuum ſcivero, ac quidquid periculi domi, forisque in & contra Regiam Maieſtatem & Rempublicam imminentis præſcivero, id ſine mora Regiæ Maieſtati, ac ſuæ Maieſtatis exercituum duci, aliisque ſuæ Maieſtatis officialibus, regnique ſenatoribus, pandam & deferam, & proventuum, expenſarum mihi ad diſpoſitionem ex vi Conſtitutionum publicarum permiſſarum, rationes ita expendam, vt nihil extra meritum perſonarum, nihil extra neceſſitatem eviden-

evidentem in operas futiles, aliaque bellica, nihil ad proprium meum intereſſe, per me expendam, & expendetur. Sic me Deus adiuvet & haec Sancta Crux.

# ARTILLERIÆ PEÆFECTI
## MAGNI DVCATVS LITHVANIÆ
*Conſtit. A. 1638 fol 28.*

EGo N. iuro, quod Sereniſſimo Principi Domino Domino N. Regi Poloniæ, magno Duci Lithuaniæ, & toti Reipublicæ in officio præfecturæ Artilleriæ magni Ducatus Lithuaniæ fidelis ero, proventus ex capitaneatibus & tenutis pro apparatu belli deſtinatis, & aliunde provenientes, in alium vſum non convertam, niſi pro ſolo apparatu bellico & quæcunque munus meum ex mente legum & conſtitutionum concernunt, fideliter & exacte adimplebo. Sic me Deus adiuvet & hæc Sancta Crux.

## INSTIGATORIS REGNI.

EGo N. iuro Deo omnipotenti, quod Reipublicæ Polonæ & Magno Ducatui Lithuaniæ fidelis ero, cauſas omnes pro Maieſtate Regia, vel Republica, officium hoc idem meum concernentes, ſecundum ius ſcriptum & æquitatem fideliter geram & providebo, divitis & pauperis, amici & inimici, civis & peregrini, diſcrimine ſublato, & neque odium, neque favorem, neque præmium, neque poenas mihi propoſitas curabo, ſecreta, quæ mihi per Regiam Maieſtatem & conſilarios Eius dicentur, concernentia vel Maieſtatem Regiam, vel Rempublicam,

cam, aut vtrumque, nemini in iacturam Regiam, vel Reipublicæ pandam, omniaque negotia mihi incumbentia, fideliter pro poſſe meo peragam. Sic me Deus adiuvet & hæc Sancta Crux.

## NOTARII DECRETORVM S. R. M.

*Statut. 1532. Conſtit. 1683.*

EGo iuro, quia iuſte ſecundum Deum, ius ſcriptum, æquitatem, & partium controverſias iudicabo, conſulam iudici, fideliterque partium propoſitiones, controverſias, proteſtationes, inſcriptiones, recognitiones, & alias affectationes iuridicas, item decreta in librum actorum Regiorum inſcribam, & inſcribi curabo, divitis & pauperis, amici & inimici, civis & peregrini diſcrimine ſublato, & neque favorem, neque odium, neque præmium, neque poenam mihi propoſitam curabo, ſed in iudicando, conſulendo, ſcribendo, ſolum Deum & iuſtitiam ſanctam ac æquitatem, partium recognitiones, controverſias, & iudicis ſententias adnotabo, in hisque omnibus iudicium conſcientiæ meæ ſequar, & audiam. Cauſas iudiciarias in regeſtrum, prout partes litigantes in cancellaria præſentauerint, nullam infra vel ſuperius tranſponando, ordine debito, iuſtoque inſcribam & inſcribi curabo, idem regeſtrum ordinate ei, cui competit, per me ſubſcriptum conſignabo, aliaque negotia mihi incumbentia fideliter & pro poſſe meo peragam. Sic me Deus adiuvet & hæc ſancta Crux.

## SECRETARIORVM SIGILLI REGNI

*Vſus Cancellariæ.*

EGo N. iuro, quia Sereniſſimo Principi Domino, Domino N. Regi Poloniæ fidelis ero. Secreta, quæ mihi per ſuam

